



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. L. Utilitas publica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

extr. de prebend. vid. Cujac. ad l. 89. §. 1. de Reg. Jur. & lib. 10. q. Pauli ad l. 82. de leg. 2. Colleg. Jurid. Argentor. de legat. t. bes. 28. n. 2. Declara ergo cum Barbofa & constitue, regulam procedere (1.) in separabilibus, (2.) in connexis & individuus, ut per textum in d. §. item quaritur. 17. & in d. §. Trebatius 18. & in l. Gracè 8. §. illud 7. ff. de fidejussor. tradunt Lap. alleg. 81. n. 5. Clar. in §. emphyteusis, q. 6. n. 2. Surd. de alim. tit. 7. q. 17. n. 27. & decis. 7. n. 35. Cæl. Argel. de contradict. legitim. qu. 10. n. 149. Cardinal. Tusch. d. lit. V. concl. 373. à n. 41. Rot. decis. 631. n. 7. apud Farin. p. 2. recent. Stephan. Grat. disc. for. cap. 752. n. 62. qui n. 68. ampliat etiam in rebus sua natura dividuis, partium tamen conventionem in dividuis vel quas partes individuas esse cogitaverunt, & cap. 742. num. 59. limita Axioma ratione incertitudinis, ob quam dicitur utile per inutile vitari.

Declara regulam cum Castrensi. consil. 431. Si quaritur, n. 2. lib. 1. ubi, quod si utile est connexum cum utili, ita ut separari non possint, si utile est de Jure communi, trahit ad se inutile de Jure speciali, & vincit sic, & è contrà; si verò æqualia sunt, prævalet inutile, ex quo non potest valere pro parte. fac. §. 2. & ibi not. Inst. quib. mod. testam. infirm.

Declara etiam plenè, ut per Roman. consil. 506. num. 13. ubi si persona inhabilis cum persona habili admittitur scienter ad actum individuum perficiendum, prout ad judicandum, & sententiam proferendam, actus est nullus in totum. cap. cum super 23. de offic. deleg. si verò inhabilis ignoranter fuit admittus, quia agens habilis videtur agere omni meliori modo, actus sustinetur. Si verò actus est dividuus, ut quia duo possunt separatim facere actum, licet actus per se factus sit individuus, prout si duo impetrant gratiam, quorum unus est excommunicatus; item si duo tutores præstant pro pupillo auctoritatem, quorum unus verus, alter falsus, tunc actus valet, refert Card. Tusch. d. lit. V. concl. 373. n. 45. & 46. [add. & Lamberting. in tract. de Contract. eor. Gloss. fin. n. 39. & gloss. §. n. 2. Ubi etiam quod in dividuis & separabilibus actibus utile per inutile non vitietur, maxime quando actus est nullus ob omissionem solennitatis, testatur & d. gloss. §. n. 7. ubi generaliter & remissivè declarat, quando actus dicatur dividuus vel individuus, latissime Anton. Gomez de Contract. tom. 2. cap. 10. de individ. per totum. vid. etiam

Roland. consil. 72. num. 66. lib. 3. ubi quod in iis, quæ sunt de forma, utile per inutile vitari latissimè probavit. Multa exempla, in quibus discutitur, an & quando utile per inutile vitietur, videri poterunt apud Aymon. de Antig. tempor. p. 4. sect. absolutis differentiis num. 59. 61. cum seqq. & sect. materia ista singularitatis. num. 1. His addi possunt etiam ea, quæ notavit Cujac. n. resp. Papin. ad l. 9. de Usur. p. 478. ubi necessarium esse monet, ut separemus eum, qui pro se ipso promittit, in qua stipulatione verum erit utile per inutile non vitari. J. §. similis de V. O. quod si enim separemus ab eo, qui pro alio promittit, tunc in tali stipulatione vel levi de causa ille non obligetur, & facile in eo utile per inutile non vitietur, siquidem hoc singulariter est receptum (inquit) in iis omnibus, qui pro aliis obligantur, stultè veluti fidejussoribus, mandatoribus, expromissoribus, rei constitutæ pecuniæ: nempe ut sin duriorem causam adhibeantur, puta in majorem & ampliorem quantitatem, prorsus non obligentur ultra ex parte, si vel minimum vitium intercessionem insit, ubi vide omnino.

CAP. L.

Utilitas publica.

Axioma I.

Utilitas publica præferenda est utilitati privata. c. imperialem. in princ. de probib. feud. alien. per Lotharium l. si quis in gervi 3. §. utrum 14. ff. ad Sc. Syllan. l. utilitas 3. C. de principio. l. unic. §. hinc autem 14. de Caduc. toll. l. jubemus 10. C. de SS. Eccl. Auth. res quæ subjacent. in fin. post l. ult. §. 3. C. Commun. de legat. cap. bona 3. extr. de postul. Præl. c. nisi 10. extr. de renunc. c. licet 18. extr. de reg. Carpz. P. 1. Const. 32. Defin. 41. n. 5. Ratio enim naturalis svadet, ut illud de communi fiat, quod usum utilitatemque communem habet. l. 2. §. refectio. ff. ne quid in loc. publico. cum ubi versatur publica utilitas, ibi nullus possit esse immunis l. 1. C. de navib. non excusand. Pacian. consil. 7. n. 58. cum ea propè sit justii mater & æqui, ut loquitur ex Horatio Cujac. ad lib. 54. Pauli ad edit. in l. 2. §. 13. pro emtor. p. 811. Hinc utilitatis publicæ gratia sapè receditur à communis juris regulis. Dan. Otto cap. 8. de Jure publico pag. 136. multa que contra subtilem disputandi rationem (cujus prætextu nonnunquam erratur l. si serv. 81. §. sequitur. 3. de V. O.) pro communi utilitate recipiuntur. l. 16. ff. de Lt. Vel. Com. ad L. Aq. n. 72. & 2. cons. 43. n. 6. sæpeque quædam permittuntur, quæ alias sunt interdicta. ex l. im vulneratus 51. §. vers. multa. ad l. Aquil. cap. Abbate 6. in fin. vers. præferim. de sent. & re jud. in 6. probant Gail. 2. obs. 56. n. 3. Hyppolit. in pract. crim.

(Mm) 4

§. aggre-

S. aggredior. n. 61. pag. ad n. 74. Surd. consil. 210. n. 29. Petr. de Petr. de Princip. potest. cap. 11. n. 5. Zaf. consil. n. 23. vol. 2. id eoque publicæ utilitatis, ergo strictam rationem insuper semper habemus. l. 43. de religiof. qua de causa militati salutique publicæ ad eod. intente favent prudentiores, ut ejus causa à Legum præscripto ipso jure permittente deflectendum semper atque omni ætate quasi per manus tradiderint. Nov. 7. cap. 9. S. oportet. Warem, ab Ehreberg. de regni subsid. c. 8. n. 9. & hoc ideo, quia bonum publicum fundatur in æquitate, ac æquitatem continet. Honded. consil. 51. n. 1. vol. 1. Unde etiam ea tanti reputatur, ut ex filiofam. faciat cenferi patremf. l. filiofam. 9. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. nec ullis differri feris, imò tantam vim habet, ut hominem nonnunquam capitis pœna è medio tolli per Magistratum efficiat. Oldendorp. 1. Consil. Marp. 5. n. 49. quocirca ex justa causa (quæ favor publicæ utilitatis dicitur. l. Barbarius 3. ff. de offic. Prator. Jaf. ibid. n. 26. Dec. consil. 287. n. 4. incip. in casu communicatis. Port. lib. 5. comm. opin. concl. 16. per tot.) dominium rerum privatarum auferre, & jus alteri quæsitum tollere posse, à plerisque communi Dd. calculo comprobatum est, per notata in c. que in Ecclesiarum. de constit. ubi Canonistæ Dd. in l. fin. C. si contr. jus vel util. publ. & in l. benè à Zenone 3. C. de quadr. præscript. & in l. quoties C. de precib. Imper. offerend. latè Afflict. in cap. 1. §. similiter potest. num. 13. de Capitan. qui Cur. vendid. Anchar. consil. 366. n. 2. incip. videtur. prima. Treutl. disput. 1. thes. 5. volum. 1. lit. h. Fach. 8. contr. 63. Mynd. 5. obs. 97. n. 4. Anton. de Petr. de jure quæsit. in 2. dubit. princ. n. 2. Reinking de regim. fecal. lib. 1. dis. 3. cap. 12. n. 62. Covarr. 3. var. resol. 6. n. 6. Hottom. illustr. qu. 1. Bodin. 1. de Republ. 8. Valq. illustr. contr. cap. 5. n. 1. & 3. Arnif. lib. 3. cap. 1. de Majestat. cap. 8. Carol. Tapia. cap. 1. n. 59. de constit. in princ. precio tamen refuso, Dan. Otto de jure publico cap. 8. pag. 137. imò propter magnam utilitatem solum rei statum mutari posse ajunt Barr. in l. 1. §. si quis terram. de rivis, Dec. in consil. 244. n. 7. vers. ultim. non obstat. ita utilitatis causa sustinentur instrumenta minus legaliter confecta in Novell. 44. cap. 1. §. 4. in fin. ita etiam creditor differens recipere debitum à Republ. cadit à jure exigendi. l. nulli C. de erogat. milit. ita favore utilitatis publicæ compellitur quis emere merces corruptas. l. 1. C. de condit. in her. pub. ita propter publicam utilitatem gravantur personæ privilegiatæ. l. nullus penitus 21. C. de Cur. pub. add. & cap. non minus 4. de immunitate Eccl. l. in provinciali 3. §. fin. cum l. seq. ff. de nov. oper. nunc. l. servum quoq. 33. §. publicè 2. de procurat. l. si pendentes 27. §. si qui cloacarii. ff. de usufr. l. si quis. §. bi quoq. 15. ff. ad S. C. Syllan. Ubi datur libertas servo favore utilitatis publicæ in casu dari prohibito. l. 1. C. ut Curia liceat in emt. se excus. ubi emere à Republica frumentum quis compellitur. Et generaliter, si quid contra jus vel utilitatem publicam in quolibet negotio quid fertur, non valet, l. jubemus 10. C. de SS. Eccl. l. 1. §. 4. ff. deposit. qua de causa qui commo dis propriis potius, quam publicis utilitatibus studere deprehensi fuerint, Principi indicandi sunt l. unic. §. 1. C.

de Offic. Comit. sac. largit. Præfes tamen Provinciæ interim provideat, ne quid sub nomine militum, quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, è quibusdam propria commoda iniquè vindicantibus committatur. l. illicitas 6. §. n. quid 6. de of. præsid. cum, ut ait Quintilian. lib. 11. Instit. c. 1. non secundum commune potius loquendi consuetudinem, quam veritatis regulam, divisione hac utamur, ut ab eo, quod deceat, utilitatem separemus. Et hæc etiam ad Principem pertinere, latè ex Philosophorum scitis offendit P. Faber ad l. 1. de l. & l. pag. 22. & seqq. add. omnino Lipsium 2. polii. 6.

II.

Utilitas publica major præferenda est alii publicæ minori. c. bonæ 3. de postulat. Pralat. l. ceterum 41. §. sed si quis 5. ibiq. Paul. Castr. ff. de legat. 1. l. actione 65. §. Labeo 5. ff. pro socio. Natr. consil. 500. n. 12. Ea enim, quæ in aliquo utilia dignoscuntur, cedere debent iis, in quibus major est utilitas. Zaf. consil. 1. n. 25. vol. 1.

III.

Utilitatis causa necessitatis causa adæquatur. cap. fin. de Eccl. adificand. Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Cravett. consil. 27. in caus. n. 8. & consil. 195. n. 8. Corn. consil. 181. n. 3. lib. 2. l. jubemus 14. in fin. Auth. hoc jus porrectum. vers. ut semper major utilitas. C. de SS. Eccl. Redoan. in tr. de reb. Eccl. non alien. rubr. de caus. propter quas. n. 91. A quacunque enim dispositione ac prohibitione intelligitur excepta publicæ utilitatis ratio. d. l. jubemus 14. ubi Bald. C. de SS. Eccl. l. nullus 11. ubi Bart. de curs. publ. l. in provinciali 3. §. fin. cum l. seq. de oper. nov. nunc. d. l. si quis in gravi 3. §. utrum 14. ubi Joh. Igneus de S. C. Syllan. Jafon in l. non dubium. n. 35. C. de LL. Unde etiam ob evidentem utilitatem æque, ac ob necessitatem res Ecclesiæ alienari posse post Geminian. Phil. Franc. n. 19. & communiter Dd. in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. consultit Nicol. Everhard. consil. 39. visis. n. 3. rom. 4. Consil. Francof. Si itaque debita pro utilitate Ecclesiæ contracta fuerint, Prælati antecessoris sui debita solvere tenentur, c. 7. extr. de solut. quia quæ in Ecclesiæ utilitatem versantur, de illis etiam tenentur. cap. pen. extr. de fidej. fin. minus. Ecclesia ex contractu non tenetur. cap. quorundam 2. extr. de solut. ita utilitatis & necessitatis causam etiam attendi in dispensationibus. text. est in c. in causis 19. extr. de sent. & re judic. item quod necessitatis & utilitatis causa Episcoporum mutationes concedantur, confirmant. c. mutationis & seq. c. temporis 7. q. 1.

IV.

Utilitas publica non debet claudicare, h. e. aliquem ditare & alterum ad inopiam deducere. l. si id quod 7. ff. de rescind. vend. c. cum inter 5. de Except. Pantiſchm. p. 1. q. pnt. q. 14. n. 35.

V.

Utilitas augetur per dignitatem. l. 18. §. fin. ff. de judic. in fin. utilitas autem negotii unde altimetur, vid. l. 4. §. ult. junct. l. 5. de in diem addit.

VI.

Ab utilitate ex re sua resultante dominus

non debet excludi. arg. §. igitur. i. ibi: quæ enim invidia est. Inst. per quas person. reb. acquiruntur. c. accessorium. 42. de R. l. in 6. ubi post veteres. Peck. l. eriam si. vers. cui consequens. C. de jure dot. Limitatio hujus regulæ est in l. ult. §. sed cum in secundam. C. de furt. de qua in Racemat. meis ad illum tit. pag. 320. ubi vid.

VII.

Ea quæ communiter omnibus profunt, iis quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponimus. Nov. 39. c. 1. vid. Bernegg. c. 3. Idol. Laurentan. conf. Tacit. 14. Ann. 44. ita cum per graves dissensionum scissuras non hujus aut illius est periculum, sed latec strages, tunc plurimorum detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sincera claritas subvenire possit. Rebuff. in tract. de decim. q. 13. num. III. anonymus apud Belfold. 1. conf. 19. n. 9. vide late Klock. de contribut. c. 12. num. 146. §. seqq. In principis tamen administratione non semper & præcise utilitas requiritur, neque enim res hæc ad naturam negotiorum gestorum est exigenda, ut tum demum ratus sit habendus actus si utiliter gestus sit: nam ad tales angustias Reipubl. imperantem redigere, ipsi Reipubl. esset periculosum. Hugo Grotius lib. 2. de jure bell. §. pacis c. 14. n. 12.

VIII.

Utilitas unius sic spectanda est, ut sine incommoditate alterius conferat. l. 3. §. 2. de rivis. l. 31. de pos.

Μη μοι τα χόρσιν πόνος δέσ.

Nolo mihi discar quæ ad ostentationem

Sed quæ utilia sunt Reipubl.

Ex Euripid. laudat Aristot. polit. vid. Caspar. Hoffman. præfat. tr. de generat. hominis.

IX.

Utilitatem publicam promovere intentans, licet aliquo modo delinquat, excusatur, & nunquam sit infamis. Itaque intuitu Reipubl. deferens aliquem, licet succumbat, non incidit in poenam delatorum l. 2. pr. de jure fisci l. 9. ex quib. caus. infam. irrog. Brunnem. ad l. 3. C. de Delat.

CAP. LI.
Vulgus.

Uti vulgus opinatur, ita res se habere præsumitur. l. 1. in princ. verb. circumcolentium ff. de fluminib. argumentum enim ab opinione vulgi valde efficax esse & valere ad conjecturandam mentem defuncti, colligitur ex l. cum de lanonis 18. §. a finam 2. ff. de fund. instruet. unde omnem intellectum esse extraneum, qui in auribus vulgi non sonat, dixit Bald. in extravag. de pace Constant. Ita paupertatem probari per opinionem vulgi, refert gloss. in l. ubi ad hoc. C. de jur. dot. vid. Everard. in topic. à vulgi opin. loc. 12. n. 1. imo & verba reservationis intelligi debere sicut vulgus opinatur, patet ex l. librorum 52. §. quid tamen 4. de leg. 3. l. 7. §. 1. ff. de suppell. legat. l. 79. §. 1. ibi: audisse se rusticos. de legat. 3. l. 87. de V. s.

Intellige verum quando consuetudo illa sermonis cum opinione eruditorum conveniat, aliàs

nimum absurdum, imò periculosum esset dicere, oportere abusivum modum loquendi personarum illiteratarum seu vulgarium verbum inciviliter prolatum extendere atque sic propria significationi præferri. Bald. in c. de success. feud. §. in l. 1. de success. edit. Ab imperita enim multitudine qui pendet, hic inter magnos viros non est numerandus, teste Cicerone, cum non modo non gravissimum sit multitudinis testimonium. Cic. lib. 2. de finib. sed plerumque ne honestum quidem quod vulgo gloriosum est. idem Cicer. lib. Academ. quest. neque enim placere potest populo, cui placet virtus, si quidem cum malis artibus popularis favor quaritur, similem te illis facias oportet, non probabunt, nisi agnoverint, verba sunt Senecæ lib. 4. epist. 29. ad fin. add. & locum ex Ciceron. 5. Tusculan. pag. m. 245. §. lib. 2. pist. ad Quintum fratrem. cum non sit sapientis (ut inquit Cicero) ab insipientium sermone pendere, quocirca vanas voces populi minime audiendas esse, ex l. decurionum. C. de pæn. probat Hartm. Pistor. 1. q. 30. numer. 35.

CAP. LII.

Uxor.

Axioma I.

Uxor & vir reputantur una eademque persona & una caro. Genes. cap. 2. & 3. cap. hæc imago 13. 33. q. 5. Unde dicit text. in l. adversus 4. C. de crim. expilat. hered. quod uxor dicatur societas viri tam divina, quam humana domus, quem ad hoc allegant Præposit. in c. 2. in notabil. 6. de spons. duor. & ante eum Speculat. in tit. de feud. §. quoniam vers. 20. idem Præposit. in c. 1. in notabil. 3. de Conjug. leprosor. & in cap. Martinus notabil. 1. de cognat. spiritual. Bald. in l. cum dotem. §. si maritus. ad. fin. ff. solut. matrim. Jason. in l. 1. rer. amotar. per ill. text. Corn. conf. 5. in hæc consultatione. in pr. lib. 1. Claud. de Seyfel. in l. si constante. ff. solut. matrim. Forster. 2. conf. Marp. 6. n. 5. vid. Bœckel. de public. judic. disp. 5. n. 18. Intellige scilicet secundum fictionem, quoad procreationem & alia bona matrimonii, prout declarat Mar. Socin. in repet. cap. audientiam. in 7. quest. principali col. 21. vers. sed hoc communiter. de homicid. Realiter enim alia est persona viri, alia uxoris, & ideo diversimodè considerantur l. uxori. 18. ubi Ludov. Gomez. ff. ad L. Cornel. de fals. hinc proprie neque affines neque propinqui dicuntur Barbat. in repet. l. cum acutissimi. col. 12. C. de fideicom. per text. in l. 1. C. Und. vir. & uxor. neque proximi. l. cum alienam 10. ibique Alex. notab. 1. C. de LL. conjuncti tamen perhibentur propter matrimonium, & ideo regulariter una persona pro alia non obligatur. rot. tit. C. ne uxor pro marit. Ludov. Gomez. ad §. affectiones Inst. de ad. n. 13.

II.

Uxor forum & domicilium viri sequitur, non vir uxoris. l. cum quædam 19. & ibi Dd. ff. de jurisdiction. l. exigere. 65. ff. de judic. ubi Bald. per ill. text.